


SYNOPSIS.

in

Corrigenda:

Pag. 2. *b* et *c*. lege Dᴜɢᴜᴀ.
— 5. lin. 12. l. duae.
— 6. lin. 1. l. illae.
exactiſſime.
inquiſitioni.
— 12. lin. 19. l. phosphoricam.
— 17. lin. 3. l. longum.
— 20. lin. 12. l. ſtuduiſſe;
— 23. lin. 12. l. ἱερον
24. lin. 5. l. Tabula Iſiaca, ſ. Bembina.
lin. 11. l. delineatione.
ſuſcepta.
— 27. lin. 24. l. μαλιϛα.

Etsi, quae BELONIVS, HASSELQVISTIVS, BLVMENBACHIVS, BRVCEVS, OEDMANNVS, DENONIVS, aliique viri [a]) celeberrimi de mumiis auium, imprimis Ibium, disputarunt, tam subtiliter obseruata ac tam diligenter examinata sunt, vt litterarum antiquitatumque studiosis nonnisi pauca addenda supplendaque relinquerent: tamen in tali mumia, quam nuper per occasionem auctionis publicae mihi comparaui, nonnulla detexisse mihi videor, quae animaduersione virorum doctorum haud indigna fore puto. Iam cum et apud antiquos et recentiores scriptores reperiantur hac de re multa, quae, quoniam per libros vel rariores, vel ob pretii magnitudinem non vbiuis obuios sparsa sunt, non omnibus, quibus talia curae sunt, innotescere solent: equidem decreui, cum iis, quae ipse obseruaui, coniungere, quicquid ad

a) Quae MIDLETON in Miscellaneis de hac re obseruauerit et dixerit, equidem cognoscere non potui. In volumine enim IVto editionis splendidissimae in 8vo Londini 1755, quod ex Bibliotheca Senatus Lipsiensis benignissime mecum communicatum fuit, nec commentatio illa a Cel. BLVMENBACHIO in Historiae naturalis compendio aliisque in locis saepe laudata, nec tabula X. a me detegi potuit. Extat igitur sine dubio editio istius operis auctior, qua, quae mihi defuere, continentur.

ad illuſtrandum hoc argumentum apud alios occurrit, et quae ſcitu vel neceſſaria, vel digna ſunt, breuiter hac commentatiuncula complecti.

Multo melius forte ſucceſſiſſet mihi, quod inſtitui, examen, niſi Mumia, quam exploraui, vel transportando, vel alio|caſu in tot diſtracta fuiſſet fruſtula, vt a nemine vlla arte reſtitui, et in priſtinam formam redigi poſſit. Caeterum haec ipſa deſtructio occaſio facta eſt, vt Ibium et Mumiarum natura interna, et res taricheutarum opere commixtae accuratius poſſent cognoſci.

In media Aegypto ad occidentale Nili latus, inter Sacaram (Sſakharah) pagum, decem anglica milliaria verſus meridiem ab vrbe Dſjiſe remotum et Buſirim a Sacara ſeptentrionem verſus ſpectantem, in deſerto arenoſo, [b]) ſuper Nili litora elato adeoque ipſius inundationibus nunquam expoſito et a domiciliis hominum longiſſime, prudenter ſane, remoto, campus Mumiarum dicto, [c]) Necropolis auſtral., vet. Memphis, trium circiter et dimidii milliariorum ambitum

b) Dügna, *Diviſions-Generals*, *Mitglieds des Aegypt. National-Inſtituts und Commandanten der Provinz von Cairo und Gyzeh*, *Brief an den Bürger* D e s g e n e t t e s, *Erſten Arzt bei der Armee*, *vom 10ten Pluvioſe im 8ten Iahre* —

c) Dügna *Brief* l. c. *der Kirchhof oder Begräbnißplatz des alten Memphis*, *deſſen Ruinen bei Mathraine*, *Eine Lieue davon*, *deutlich zu bemerken ſind* —

D e n o n Voyage dans la baſſe et la haute E'gypte pendant les campagnes de Bonaparte 1802. et translat.: *Reiſen durch Ober-und Unter-Egypten während Bonapart's Feldzügen von Vivant Denon, Generaldirector des Nation. Mus. in Paris I. Th. p. 196.*

tum [d]) habente, celeberrima illa reperiuntur Mumiarum ſepulcra, Labyrinthus apud Sacaram dicta: [e]) Sunt autem haec ſepulcra excauata, ciſternarum more, in fundo calcario molli [f]) et albo, qui tectus eſt ſabulo, aliquot pedibus alto et fundamentum totius Aegypti conſtituere videtur. [g]) Altitudinem horum ſepulcrorum nonnulli ad minimum quadraginta duorum pedum aeſtimant, [h]) alii triginta pedum, [i]) alii duo de viginti, alii denique ſexies hominis ſtaturam ſuperare dicunt. [k])

Ipſorum extrema ſiue ſuperior quatuor pedes lata apertura, [l]) quae ſemper multa arena, quam ventus coaceruauit tecta adeoque difficillime detegenda eſt, aliquam habet cum prorumpentis fontis ore ſimilitudinem: Hinc vulgo Fontes Mumiarum, Fontes Auium vocantur. [m])

d) Voyages et Obſ. du Sieur de la Boullaye le Gonzo: p. 373.
Dügna *Brief* l. c. *dieſe Ebene nimmt, die Pyramiden von Gyzeh ungerechnet, einen Umfang von 10 Lieues ein.*

e) Nordens *Beſchreibung ſeiner Reiſe durch Aegypten und Nubien, Bresl. und Leipz. 1779. p. 241.*

f) Niebuhrs *Reiſebeſchreib. nach Arab. I. B. p. 197.*

g) Hasselqvist *Reiſe nach Palaeſtina, Roſtock 1762. p. 108.*

h) Voyages autour du Monde par Gemelli Careri, Paris 1719. Tom. I. p. 111.

i) R. Pococke *I. Th. p. 84. ſeiner Reiſebeſchr. d. Morgenl. Erl. 1771.*

k) Abdallatifs *Denkw. Aegyptens überſ.* D. Wahl, *Halle 1790.*

l) Abdallatif l. c.

m) Abdallatif l. c.
Savary *Zuſtand des alten und neuen Aegyptens, überſ. von* Schneider *1788. p. 8.*

Si quis per eiusmodi communis ſpeluncae ſepulcralis ſ. Catacombae oſtium, quod vel perpendicularem, vel decliuem, vel ſcala inſtructum introitum aperit et praebet, ad imum fundum deſcendit, plures meatus inuenit decem vel quindecim pedes longos, qui in cameras ducunt communi inter ſe aditu coniunctas, magnitudine quindecim vel viginti pedum quadratorum, [n]) vel tantum octo pedum. [o]) In horum parte anteriori ad latera in cellulis deinceps excauatis, ſeque contingentibus, [p]) repoſita cernitur magna copia [q]) vaſorum fictilium eiusdem formae, confectorum ex argilla craſſa et in figulina coctorum quidem, nec tamen laeuigatorum; haec referentia figuram conicam nullas habent inſcriptiones hieroglyphicas [r]) et fragmentis

n) Gemelli Careri l. c.

o) Pococke l. c.

p) Hasselqvist l. c.

Ripavlt *in der kurzen Beſchreibung der vornehmſten Monumente Aegyptens* dicit — *Die unterirdiſchen Grotten in der Wüſte von Sakkara beſtehen aus einem langen Gange mit einer Menge Nebengängen, an deren beiden Seiten Behälter von 8 Fuſs Höhe und 6 Fuſs Breite befindlich ſind: Hier liegen Töpfe, welche die Ibis Mumien enthalten: ihre Lage iſt wie die der Bouteillen in den Kellern.*

q) Dügna *Brief* l. c. vbi legimus — *Den 26ſten Frimaire begaben wir uns nach Sakkara; einer der Brunnen, der zu den Gängen führt, aus dem man die Vögel-Mumien zieht, war offen: Man gieng hinab: Man durchlief die ungeheuren Gewölbe, und fand dort noch eine unzählige Menge irdener Töpfe, worinnen die Ueberbleibſel der befiederten Geſchöpfe erhalten waren* —

r) Shaw *Reiſe über verſch. Theile der Barbarei, Leipz. 1765. p. 324.* et Tab. XIX.

tis ſecundum ABDALLATIF – POCOCKE – NORDEN [s]) variorum animalium, ſecundum RIPAVLTIVM vero [t]) tantummodo auium et quidem vnius eiusdemque generis repleta ſunt: poſt haec demum [u]) humana ſepulcra in conſpectum veniunt, ad quae ſingularis iterum per alios ſubterraneos meatus ducit via.

Vaſa illa teſtacea vnius et dimidii pedis longitudinem et vnius Spithamae latitudinem habere ſolent. [x])

Eiusdem generis fuiſſe videntur illae paruae hinc inde in Muſeis priuatis aſſeruatae Mumiae, quales v. c. Ill. BLVMENBACHIVS in collectione Lettſomiana et Hamiltoniana Muſei Britannici detexit, explorauit atque deſcripſit, [y]) qualis quoque illa eſt, quam delineauit CAYLVS [z]) et duas il-

s) ABDALLATIF l. c. p. 227–28–29.
POCOCKE I. 84.
NORDEN p. 241.

t) *Kurze Beſchreib.* l. c. vbi legitur — *Hier liegen die Töpfe, welche die Ibismumien enthalten — vermuthlich war Memphis, (und alſo dieſer Kirchhof des alten Memphis) der Begräbnißort aller Ibiſſe, die in den Tempeln geſtorben, oder in den verſchiedenen Gegenden Egyptens gefunden worden waren.*

u) HASSELQVIST l. c. p. 110.

x) HASSELQVIST l. c.
Et delineationem eorum *in Th. Shaws Reiſen, Leipz. 1765.* Tab. XIX. et in noſtra fig. X.

y) In obſervations on ſome Egypt. mumies opened in London, philoſophical Transact. for 1794. p. 117.

z) in Recueils d'antiquités E'gyptiennes, Paris 1764. Vol. VI. Tab. XI. fig. 1.

las, quas nuperrime DENONIVS [a]) exactissima inquisitione subiecit.

In bene conseruatis pro facultatibus possessorum istarum auium et pro veneratione, qua viuentes prosequuti essent, cadauera ita sunt condita, vt vel lintei tenuis particula artificiose ea circumdet, sintque filis linteis non duplicatis obligata, et quidem sic, vt fila inuicem sese decussando deorsum decurrant; vel fasciis gossypinis vndiquaque obuoluta est [b]) mumia, qualem etiam formam exhibet, quam SHAW [c]) nobis depinxit. In illo linteo cineres inueniuntur nigricantes, quibus interdum rostrum et ossa auis admixta sunt, [d]) interdum cineres vna cum ipsorum inuolucris eandem conicam figuram cum vasis habent, quibus continentur. [e])

Non-

a) l. c. et Tab. XCVIII.

b) *Götting. Magaz. der Wissensch. und Literatur I. Iahrg. 1stes St. p. 125.* et Philos. Transact. for. 1794. p. 198.

c) l. c. Tab. XIX. et nostra fig. XI.

d) HASSELQVIST l. c.

BLVMENBACH in Transact. Philos. l. c. 179. — Pari prorsus modo etiam comparata sunt eius, quam ipse in mea corporum naturalium possideo et asseruo collectione, auis mumiae fragmenta, ea tantum differentia, vt, cum eam nanciscerer, nullus plane partium ordo in ipsa conspicuus esset, sed abscissae lintei particulae, lintea fila, sinciput, rostrum, pedum et alarum ossa, spinae dorsi particula, ossa peluis et aliquae resinosae carbonaceae mumiae massae inter se mixta et confusa iacerent.

e) HASSELQVIST l. c.

Nonnunquam aceruus tantum cinerum ſine omni inuolucro longinquitate temporum forte abſumto in iſtis ollis deprehenditur. *f*)

Caput quoque et pedes ſub alis conditi, et corpus vniuerſum faſciis ita colligatum cernitur, vt cordis figuram referat. *g*)

Vel denique, quod rariſſime accidit, *h*) in eiusmodi vaſe, auis latet tam bene conſeruata, vt ipſius genus inde cognoſci atque erui poſſit. *i*)

Noſtris temporibus, ſecundum Savary, valde raro integrae atque illaeſae deprehenduntur, idque ea de cauſa accidere putat, quoniam Arabes, qui in iſtis vrnis idola aurea inuenire ſperant, mumias effodiunt atque diffringunt. *k*) Si vero nouiſſimis relationibus Denonii credamus, hoc vix in vniuer-

ſum

f) Hasselqvist l. c.

g) Hasselqvist l. c.

h) Hinc etiam in meo exemplari, pennae iſtis abſciſſis particulis impreſſae quidem, ſed quaſi in carbonem mutatae, nigrae et omni colore naturali priuatae cernuntur. Deſunt quoque in iſto exemplari pes extremus atque digiti.

i) Shaw in Obſ. II. 158. Le bec, les jambes, et meme les plumes de cet Oiſeau ſacré ſont admirablement conſervés.

Et Bruce von Kinnaird *in Reiſ. zur Entdekk. der Quellen des Nils, überſ. v.* Volkmann etc. Vol. V. p. 177. Si quoque, inquit, pennae albae in auibus balſamo obductis exaridae deprehenduntur, tamen ipſarum color, imprimis niger, quo alae atque corpus ſplendent, facile atque dilucide cognoſci poteſt:

Confer. etiam Müller Peregrin. 568

k) Savary II. 9. Denon. l. c.

ſum ſtatuendum eſſe videtur: iſte enim in vnico recens aperto ſepulcro plus quam 500 mumificatas aues vidit.

Nec tamen omnes auium Mumiae in vrnis reconditae inueniuntur, ſed etiam in puparum formam compreſſae ſine omni vrna repoſitae cernuntur, vel ita, vt caput et roſtrum emineant, vel auis tota in eiusmodi pupae formam compoſita et larua humana tecta ſit. [l])

Deinde quoque aues in mumias conuerſae, vel potius nonnullae tantum ipſarum partes, praeſertim oſſa aliis mumiis adiectae atque in ipſarum vrnis ſimul aſſeruatae inueniuntur. [m])

Sunt denique Mumiae, fraudulento modo ex particulis diuerſarum Mumiarum quaſi conſutae atque artificioſe compoſitae, et in eiusmodi aues veluti transmutatae. [n])

Auis, quam ſupra dixi, in pupae formam redacta per totam longitudinem exporrecta iacebat, nimirum pedibus inſiſtebat,

l) Huius generis illa mihi videtur a Caylo in Muſeo Ducis Sully detecta ab ipſo l. c. p. 30. deſcripta et Tabula XI. no. 1. depicta: quam quidem etiam huc Fig. 1. ad iſtius exemplar delineatam addidi. Illa tam artificioſe conſtructa tantaque cura compoſita erat, vt Mumia viri alicuius inter Aegyptos clariſſimi atque cariſſimi eſſe videretur:

et Shaw l. c. p. 324 — De faſciis iſtarum Mumiarum earumque diſpoſitionibus figura, quam hic adiecimus, ſat claram atque dilucidam praebet notionem: qui autem plura de his ſcire cupiunt lectores, in Mémoires de l'acad. des belles Lettres — et in Abdallatif Memorabil. p. 231. collecta poterunt inſpicere.

m) Blvmenbach in Philoſophical Transact. l. c.

n) Blvmenbach l. c.

ſtebat, nulla pars ſeſe decuſſabat, et caput accurate ita, vti in noſtra delineatione Fig. I. cernendum eſt.

Nec caput, nec roſtrum faſciis lineis firmatum; roſtrum mobile per fila illa lintea capiti annexum, quoniam fortaſſe ſola inunctio ipſum non ſatis firmiter ſuo retinuiſſet loco: fortaſſe etiam, vt ſic caueretur, ne haec prominens capitis pars poſſet diffringi. Totius corporis longitudo ſiue altitudo vnum pedem, ſeptem digitos et quatuor lineas efficiebat, totus vero ambitus vna cum faſciis inuoluentibus quinque et dimidium digitum.

De altero Mumiarum genere Ill. Blvmenbach in Philoſophical Transact. l. c. plura commemorat.

Et idem vir doctus duo exemplaria tertii generis Mumiarum in Muſeis D. Garthſhope et Sloane detexit. Nec tamen, vt ipſe opinatur, hae verae erant Mumiae, ſed tantum Mumiarum forma atque ſpecie induta corpora. Mumiarum enim opifices ſolebant interdum compendii cauſa et vt moleſtiam recentis praeparandae auis vitarent, vnum alterumve auis os vel aliam quamcunque partem ſolidam antiquioris cuiusdam iamiam collapſae Mumiae, aut aliud quodcunque, quod ipſis primum in manus venerat, corpus arripere, atque exinde Mumiam conficere.

Maſſa, qua ad vngenda defunctarum auium corpora ſolebant vti, haud multum, vt et veteres teſtantur ſcriptores et nouiſſima cum ipſa inſtituta docuerunt experimenta, differebat ab illa, qua corpora pollingebantur humana, immo, ſi forte

quaedam fuit differentia, ea ſane ſolummodo in eo conſiſtere videtur, quod vel pro ratione diuerſitatis corporum ſepulturae praeparandorum, vel hominum, quorum ſumtibus atque impenſis condiebantur, opulentia, plus minusve compoſita erant ex rarioribus iisque pretioſioribus gummatibus et aromatum generibus. Si quod igitur per experimenta chemica inuentum eſt, pollincturae diſcrimen verum ab hoc vno fonte deriuandum eſſe videtur.

Conſtabat autem vnguentum, quo animalium corpora condiebantur et obducebantur, ſale, oleo, liquore piceo, cedrino vocato, aliisque aromatibus. [o])

Experimenta, quae DARCETVS, Chemiae Profeſſor Pariſienſis, in explorandis veris Mumiis Aegyptiacis ſaepius et repetitis vicibus inſtituit, [p]) luculenter docuerunt, praecipuum, quo Aegyptii ad condienda cadauera vtebantur, medicaminum genus

o) DIODORVS SIC. Bibl. Hiſt. Lib. I. c. 83. — GATAK. Annot. in M. Anton. p. 275 — DIOSCORIDES Lib. I. c. 101. et 106. Gol. Dict. PLINIVS in Hiſt. nat. XVI. c. 21. COLVM. de re ruſt. L. VI. c. 32.

p) Vtrum humanae fuerint an animales Mumiae, de quibus ſermo in Nota commentationi Hunterianae de methodo condiendi cadauera, quae legitur in CRELLII *Neueſten Endekk. der Chemie* P. X. pag. 65. ſubiecta, non poteſt certo, cum nulla eius rei ibidem fiat mentio, definiri; interim cum maſſa, vt ABDALLATIF teſtatur, quae ad humana et animalia corpora condienda adhibebatur, quoad eſſentialia fere eadem eſſet, vel parum tantum differret, eadem, quae ex illa disquiſitione concludebantur, hic quoque locum habere poſſe, iure omnino contendimus.

genus fuiſſe Nitrum crudum, quo ad arcendam putredinem corpora penitus complere ſolebant.

In ſolutione chemica particulae alicuius ex mea depromtae Mumia et accurate inſtituta obſeruabantur, quae ſequuntur.

Particula colore erat fuſco nigricante, in fractura recenti inaequalis et ſplendens, textura laeuis et friabilis, nec odorem, nec ſaporem ſpecificum prodens, terendo in puluerem mutabatur fuſco flaueſcentem terrae Vmbrae ſimilem.

Cui cum aliquid Sodae admiſceretur, euolutio Salis cuiusdam ammoniacalis in conſpectum veniebat, quod cum odor ſingularis, tum nubecula alba, quae ſemper, ſimulac mixtioni lamella papyracea acido ſalis impraegnata imponitur, prodire ſolet, luculenter monſtrabat. Haec particula, neque ſi manu fouebatur per aliquod tempus, neque ſi ipſi fornacis calori exponebatur, molleſcebat aut tenax fiebat.

In vitrum, aqua repletum, iacta ſtatim petebat fundum.

Idem fiebat in aqua ad ebullitionis gradum vsque calefacta.

In aqua vero feruente ſuperficiem petebat et liqueſcebat ſub apparitione nonnullarum bullarum aërearum; aqua illa obſcure flauum, vt vinum vetuſtum, obtinebat colorem, quae cum eſſet per filtrum miſſa, et reſiduum, quod in fundo haerebat, leniter exſiccatum: ſedimentum illud videbamus conſtare non niſi rotundis atque oualibus granulis, magnitudine granulorum arenae atque lentium. Nonnulla ex his granulis,

 prae-

praecipue ouália, in rotunditate ipſorum articulata vel arcte ſtricta apparebant, omnia vero colorem habebant flauocanum.

Spiritus vini tincturam extrahebat aureoflauam, quae aqua remixta ſenſim ſenſimque turbabatur, et flaueſcentem reſinoſam maſſam deponebat, quae vel nullum plane ſaporem, vel vix percipiendam amaritudinem habebat.

Aqua antea defuſa cum ſolutione cinerum clauellatorum remixta praeſentiam Salis ammoniaci luculenter monſtrabat, et poſt inſtillationem in partem eiusdem infuſi ſolutionis argenti nitroſi turbatio ſenſim ſenſimque oriebatur, praecipitatum flauum Melli ſimile.

Reſiduum vtriusque infuſi et ſpirituoſi et aquoſi pondere vix tertiam partem particulae illius Mumiae tentamini chemico ſubiectae aequabat, cinerum habebat colorem et pulueris formam.

Quinque grana eiusdem ſedimenti in cochleari ferreo candente ſub expulſione vaporis albi et male olentis in cineres mutabantur, quorum pondus non niſi duo aequabat grana, eosque nil niſi terram calcariam phosphoreſcentem eſſe vlteriori exploratione ſeſe manifeſtabat.

In particula huius Mumiae alcoholiſata vel frigida aqua iam magnos producebat effectus, et fere dimidiam partem ſoluebat.

Alia particula candela accenſa odorem ſpirabat haud ingratum thuri quam maxime ſimilem, ſubinde in flammam lucen-

lucentem, nec tamen diu durantem, erumpens. Senſim ſenſimque albis vaporibus ſuccinum redolentibus intumeſcebat, et carbonem fingebat ſexies maiorem.

Iſtud reſiduum in vlteriore disquiſitione eadem, quae antecedens monſtrabat, ingredientia.

Ad elementa iſtius Mumiae vi ignis diſperſa (in auram liberiorem diſſipata) accuratius indaganda ſcrupulus vnus Retortulae, quae lampadi ſpiritu vini accenſo repletae ſuſpenſa et apta cucurbita tubulo ſubcuruo aqua ſubducto connexa erat, immittebatur.

Poſtquam ad aliquot pollices cubicos Gas aquoſum transierat guttula liquoris alicuius ante oriſicium colli Retortae cernebatur, et ſimul in rima ipſius craſſa quaedam butyracea maſſa; tota Retorta denſis albis vaporibus repleta et aliquot adhuc guttulae aquoſi cuiusdam et oleoſi humoris deſtillabant.

Carbonaceum illud in fundo Retortae haerens reſiduum habebat pondus granorum ſeptem et dimidii.

Hoc in receptaculum deſtillatum erat fluidum, odorem ſpirabat oleo cornu cerui perfecte ſimilem, et liquor aquoſus, cuius ſuperficiei atque fundo oleum innatabat, parum vel nihil papyrum curcumae tinctura ſaturatum mutabat, ſed potius ſalis neutrius naturae quam alcalinae eſſe videbatur.

In parte colli Retortae fornicata nonnulla grana Salis ammoniaci ſicci cernebantur.

Ex his vero tentaminibus atque phaenomenis id ſaltem concludi poſſe videtur, iſtam Mumiae auis particulam, nec Aſphalto, nec alio nobis cognito bitumine (bitumina nempe aqua et ſpiritu vini vix aut plane non ſoluuntur) compoſitam, ſed ex Reſina vegetabili quadam, vel potius inſpiſſato gummoſo reſinoſo plantarum ſucco cum additamento pauxilli Salis ammoniaci confectam eſſe atque mixtam, et iſte ſuccus vegetabilis forte Aloë fuit. Quod ipſius amaritudo fere tota euanuit, vel ab intima commixtione cum corpore animali vel longinquitate temporum pendere atque deriuari poteſt; idem etiam admixtione ſalis cuiusdam alcalini effici poſſe, omnibus eſt notum.

Praeter illum ſuccum vegetabilem alia adhuc gummata, fortaſſe G. Benzoes, aliave bene olentia admixta fuiſſe, videtur quodammodo ex productis deſtillationis apparere. Ex quibus ſimul probari poteſt, vere animales partes in hac mumia fuiſſe contentas.

Natrum, ſi nempe ſub hac voce Alcali minerale intelligitur, non aderat, illud enim vel ſapore ſeſe prodere, vel in carbone relicto in conſpectum prodire debuiſſet.

Idem Alcali nimirum minerale, vel ſaporem gummoſum cum ipſo confectum huic Mumiae particulae neutiquam ineſſe, vel aliquoties repetita experimenta iterum iterumque confirmabant. Potius cum maior eiusmodi particula igne candente tentaretur, et idemtidem guſtu exploraretur, ſemper ſa-

por

por hepaticus (hepati ſulphuris ſimilis) lingua percipiebatur, nec minus aqua, qua cineres relicti digerebantur, ſolutione, terrae ponderoſae muriaticae ſaturabatur.

Eadem phaenomena in particula Mumiae humanae in noſtro pharmacopolio aſſeruatae et experimentis chemicis ſubiectae, ſeſe manifeſtabant.

Quae vero omnia luculenter demonſtrant, Sal neutrum vitriolicum (veroſimiliter Sal mirabile Glauberi) in illa ſimul adfuiſſe, quod ſine dubio, cum Sale ammoniaco mixtum, maiores poſſidet putredinem arcendi vires, quam Alcali minerale.

Nec minus Natrum, quod ex fluminis Nili aqua obtinebatur, hisce duobus conſtitiſſe elementis eam ob cauſam iure aſſumitur, quod Nilus quotannis inundationibus ſuis longe lateque diffuſis regiones quoque alluiſſe videtur effluuiis impraegnatas vulcanicis, in quorum vicinia plerumque Sal mirabile Glauberi, Sal ammoniacum vitriolicum, Sal ammoniacum vulgare, aliaque ſolent inueniri.

De Aue ipſa, ſicuti hactenus vt Mumia plus minusve integra cum in loco natali atque in patria, tum quoque hinc inde in Muſeis variis, deprehenſa atque obſeruata fuit, ſequentia tantum autopſia teſtium fundata poſſumus referre; et quidem

Caput compreſſum eſt —

Vertex ſubconuexus —

Cranium non ita paruum — fronte impreſſa, caeterum

maxime

maxime aequale et laeue — eius latitudo in regione orbitarum 10 linearum Pariſienſ. in meditullii vero pollicis duarumque linearum. Diploe fibras et laminas oſſeas creberrimas oſtendit.

Roſtrum, quale

α) apud Shavivm q) in naturali magnitudine, ad exemplar eiusmodi auis ſceleti, quod ipſe ex Aegypto ſecum apportauerat, depictum —

β) in noſtra tabula. etiam huic libello a nobis adiecta, r) cernitur, cuius delineatio a fragmentis talis mumiae, quam in mea aſſeruo collectione ducta atque a Cl. Capievx in arte corpora naturalia delineandi artifice praeſtantiſſimo in naturali magnitudine et forma aeri inciſa —

γ) apud Caylvm reperitur, menſura quidem diminuta, naturali tamen, quod reliqua attinet, ſtatu, et praeterea, quod optimum eſt annexum capiti et reliquis mumiae partibus. s)

δ) tandem apud Denonivm ad naturam delineatum inuenitur. t)

Appa-

q) In vernacula translatione huius Itinerarii, quae prodiit Lipſ. 1765. p. 352. Tab. XIX.

r) Fig. II. Sed valde dolendum eſt, iſtam quoque iconem partem tantum roſtri ſuperiorem, ſiue maxillam ſuperiorem, repraeſentare: Caeterum Exemplum vtrumque vnde delineationes factae ſunt vnius eiusdemque aetatis fere atque magnitudinis fuiſſe videntur.

s) l. c. et de quo in noſtra Tabula Fig. I. exemplum videre licet.

t) l. c. Tab. XCVIII.

Apparet in omnibus hisce mumiarum delineationibus in formam falcis ſubarcuatum, u) longe prominens, dimidio capite longius, quinque ſcilicet pollices et duas lineas longum, apice magis ad acutum, baſi ad figuram pyramidalem, in progreſſu

ad

u) Quapropter omnes reliquae acuto, ſerrato, tereti, robuſto, imprimis *recto* roſtro vel pictae, vel monumentis inſculptae aues, ne quidem ad genus, quod ex mumiis deſcripſimus, multo minus ad iſtam ſpeciem referendae ſunt: talis v. c. ea eſt, quam Lippert Ibibus adnumerat, in Dactyliothec. II. pag. 193, no. 615. — *In Carneolo*, Millenario II. p. 2. n. 284 — *nec minus* p. 301. no. 891. Millen. I. p. 1. n. 421. *Etiam* in Carneolo, — *item*, 892, *Carneol.* Millenar. II. p. 1. n. 394. — *Talis* etiam a Kirchero in Prodromo coptico delineata, et exinde iterum in Synopſi vniuerſ. Philologiae G. Hanselii, Norimb. 1741. Tab. I. p. 62. depicta tabula aenea Cardinalis Bembi, quae inter plura Hieratica ſigna deprehenditur litera Ibiaca, ea potius Ciconiae, ſimilis eſſe videtur.

Huc pertinet quoque illud roſtrum, quod apud Edwardum (in ej. natural Hiſtory of Birds etc. Tab. CV, ex qua iterum in collectionem Seligmanianam, *Sammlung verſch. ausländ. Vögel* Part. IV T. CIII. translatum fuit) in naturali magnitudine, forma et viuis coloribus ad exemplar eiusmodi Mumiae quoque delineatum videmus, quod tamen alii ſpeciei auis, quam ea eſt, quae mumificatae antecedentes oſtendunt, adnumerandum eſſe videtur.

Item, Imago operis artificioſi ex aere confecti, Caſſellis in Muſeo Principis obſeruata, et ab Hassencampio in commentatione (*Von einer merkwürdigen Antique, die ſich in der hochfürſtl. Sammlung der Alterthümer zu Caſſel vorfindet, zur Feier des höchſterfreulichen Geburtsfeſtes des Durchl. Fürſten, Wilhelm des IXten, regier. Landgrafen von Heſſen, im Namen der Erneſtin. Univerſität eingeladen von* Ioh. Matth. Hassencamp, *Rinteln 1786)* et a Cel. H. G. de Günderrode, cognomine de Kellner (confer. Opera a Posselto edita, Parte II. Lipſ. 1788. titulo 5to Antiquit. pag. 547. vna cum Tab. aen.)

pro

ad teretiusculam accedens, mandibulis aequalibus, in altiſſima mandibulae ſuperioris ſummitate modice fornicatum, ſubtus carinatum, palato eleuato in ſuperficiem ſemper anguſtiorem continuato linea media prominente praeditum, in vtroque latere canaliculatum, margine integro, baſi cera inſtructum, ſuperficie epidermide tectum, in initio mandibulae inferioris, et quidem eius ſuperficie inferiore verſus palatum eleuatum, in progreſſu impreſſum, nares quoad figuram oblongae, ſublineares – quoad ſtructuram ſulco ad apicem inferiorem ex margine ſuperiore narium prodeunte — quoad ſitum parallelae, prope baſin roſtri: ſtructura roſtri tota eſt oſſea, intus concaua et reticularis, vt in omnibus auibus nullis exceptis.

Pennae, teſte Brvcio, albo et nigro colore ſunt; poſtremo imprimis alarum et trunci corporis pennae gaudent;

Vertebrae dorſi ſunt compreſſae, concauae pro receptione aëris, — x)

Clauicula longitudine pollicis et 5 linearum — eius latitudo in parte extrema, quae cum ſterno connectitur, vnius pollicis — in parte media trium linearum — y)

Os

pro Ibe teſtudini inſiſtente et inſtrumentum corniforme, forte plectrum roſtro tenente, habita. Frons enim caruncula ornata, roſtrum rectum, et totius auis craſſior habitus, vel auem eſſe alius generis nobis ſuadent, vel Ibin ab artifice de induſtria corrupte pictum et ad phantaſiam compoſitum.

x) Fig. XII.

y) Fig. XIII.

Os humeri in meo exemplare parte ſuperiore orbatum — [z])

Metacarpum digitos duos et ſeptem lineas reperiebam, [a]) et pollicem decem lineas longum.

Tarſum quatuor pollices. [b])

Menſura circa regionem lumbarem etiam, Shawio teſte, breuior erat, quam in Gallina: Hinc concludebat ille, hanc auem magnitudine minorem eſſe Ardea.

Mirum ſane eſt, ab omnibus, qui de iſtarum auium Mumiis quaedam retulerunt, ſcriptoribus, iis ſaltem, quos mihi euoluere contigit, nullibi mentionem fieri pedis extremi atque digitorum; vnde haud leuis ſuſpicio oritur, has partes defuiſſe exemplaribus, quae deſcripta fuerint, omnibus. Deſunt quoque in meo exemplari pes extremus atque digiti: forte caſu, vt plura in iſto exemplari perierunt; forte vero, nec in vlla vrna ſimul reponi ſolebant.

Si vero cum his, quae hacce autopſia Mumiarum nobis cognita ſunt, comparamus ea, quae cum veteres de auibus mumificatis, ſtructura et fabrica corporis noſtrae ſimillimis, narrant, tum, quae icones eiusmodi auium in monumentis antiquis, v. c. Obeliscis, Mumiis, Sarcophagis et Cryptis expreſſae docent: etiam nomen iſtius auis nobis ſtatim ſe offert.

z) Fig. XIV.

a) Fig. XV.

b) Fig. XVI.

Atque Herodotvs c) quidem et alii referunt veteres Aegyptios omnia animalia, quae illic ſunt, ſiue ſint manſueta, ſiue fera, ob aliquid a maioribus iam dudum ipſis ſtatutum pretium, virtutis d) v. c. gratia, quam ipſis tribuerent in praeſagiendis e) et ſignificandis tempeſtatum et anni temporum viciſſitudinibus, ita, vt ipſis tanquam calendario ipſo, vel parte calendarii, vel ſignis mutationum tempeſtatis, vterentur; aut propter peculiarem quandam vtilitatem atque raritatem, ſacra habuiſſe, i. e. obſeruatione rituum quorundam ſacrorum attentionem hominum in iſta animantia et res per illa ſignificatas figere eorumque memoriam hac ratione ſemper recentem ſeruare ſtuderent; cuiusmodi ritus v. c. erant, per iſta animalia iurare, vota facere, f) cuilibet generi peculiares ad ſuſtentatio-

nem

c) Evterpe ſ. Lib. II. ed. Stephan. p. 50. vel
Stroth in Aegyptiacis P. I. p. 55.
Diod. Sic. Bibl. hiſt. Lib. I. c. 83.
Alexand. Aphrod. in XII Libr. metaphyſ. prim. philoſ. Ariſtot.

d) Clement. Alexandr. Stroma. Lib. V. 7. p. 671. ed. Potter.
Evseb. Praeparat. Euangel. Lib. II. c. 12. ed. Viger. et quae
Dornedden Phamenophis, *oder in ſeinem Verſ. einer neuen Theorie über Urſprung und Kunſt der Mythol. Götting. 1797. V. 315.*

e) Origen. c. Cels. Lib. IV. p. 225. ed. Spencer. Phamen. 374.
Diodor. Lib. I. c. 87. p. 98. 45. ed. Weſsling.

f) Herod. II. 65.
Diod. Sic. Lib. I. 22. p. 25.
Evseb. praep. Euangel. Lib. III. c. 12. ed. Viger.
Tertvll. aduerſ. Marcion. Lib. II. p. 156.

nem agros,[g]) nec minus procuratores,[h]) quorum curae atque tutelae[i]) commiſſa fuerint, conſtituiſſe, ipſis veſci vel in ſumma annonae caritate interdixiſſe,[k]) vt et conſortium cum populis, qui eiusmodi animalibus veſcerentur,[l]) omnia ipſis illata damna atque laeſiones grauiter puniiſſe, ipſorum occiſores poena capitis affeciſſe,[m]) immo ipſorum mortem vel inſontem in antiſtitibus ipſorum ac dominis confiſcatione bonorum quorundam v. c. frumenti et vini[n]) vltos eſſe, corpora poſt mortem condiiſſe, vel[o]) in fluuium praecipitaſſe, luctu proſequutos eſſe publico et ad conſeruationem perennem in ſepulcra conſecrata repoſuiſſe.[p])

 Inter

g) Diod. Sic. Bibl. hiſt. ed. Weſsling. Tom. I. Lib. I. 83.
Phamenoph. V. 338.

h) Herodot. l. c.

i) Diod. Sic. l. c. 94.
Herod. II. 65.
Ael. III.

k) Diod. Sic. l. c. 94.
Porphyrius de Abſtin. Lib. III. §. 16.
Origenes contra Celſ. Lib. IV. p. 41.

l) Phamenoph. p. 338.
Herodot. II. 65.
Tertull. in Apolog. ed. Paris 1580.

m) Herod. l. c.

n) Herod. l. c. 67.
Diod. Sic. p. 94. c. 83.

o) Herod. p. 41.

p) Diod. Sic. l. c.

Inter aues vero Ibes q) praecipue apud Aegyptios domesticos fuiſſe, r) et praeterea prae caeteris auibus propter inſignem, quam Aegyptiis praeſtarent vtilitatem, s) ſacros ab ipſis habitos eſſe, immo tanquam ſimulacrum diuinum cultos t) atque dignos, qui iisdem ac reliqua animalia condecorarentur honoribus;

q) Quamquam in Etymol. Magno expreſſis dicitur verbis: ὄρνεον οφιοφαγον και κλινεται Ἴβιδος — et apud Varin. Phavorinvm pag. 924. ed. Camerar.: Ἴβις ὄρνεον οφιοφαγον, και κλινεται Ἴβιδος, ἡ αἰτιατικη τȣς Ἴβιδας: tamen reperimus noſtrum declinandi modum a Cicerone aliisque non minus frequenter vſurpatum. Nec quoque maiorem, vt puto, inueniet applauſum illa a nonnullis antiquioribus ſcriptoribus recepta ſcribendi ratio, v. c. apud Athenaevm — Hesychivm, ed. Alberti Tom. II. 15. et Varinvm l. c. Ἴβυς per υ — et Ἴβυξ.

r) Diod. Sic. l. c.

s) Cic. de nat. Deor. Lib. II.
Solinvs l. c. p. 76.
Secundum Platonem in Phaedro ed. Francof. 1602. pag. 1240. ſacra fuit Deo, nomine Theuth — itidem Lunae ſacra erat, Ael. Lib. II. c. 38. et Iſis ſymbolo Ibis et Felis colebatur: v. Clem. Strom. Lib. V. p. 671. et Plvt. de Ibid. et Oſir. l. c. 381.

t) Erat enim Ibis imago Dei Thohouit, Theuthi Aegyptiorum, Mercurii Latinorum et Hermetis Graecorum — Clem. Alex. Stromat. Lib. V. 7. pag. 671. edit. Potter.
Phamenophis p. 316.
Plato in Phaedro 1240. edit. Francof. 1602.
Aelian. Lib. X. 29.
Kircher in Oedipo Aegyptiaco Tom. I. p. 15.
Tom. II. p. 155.
Tom. III. p. 178.
Iablonski in Panth. Aegypt. P. III. p. 164.

noribus; nempe, vt, dum viuerent, publice colerentur, u) earum interfectores, siue consilio, siue casu caedem commiserint, capitis damnarentur, x) cadauera vero auium condirentur y) atque aeternitati consecrarentur.

Porro

Ovid. Met. V. v. 331.

Etiam Lunae sacra erat siue Isidi, siue potius Isis per Ibin repraesentabatur.

Aelian. Lib. II. 38.

Clem. Stromat. L. V. p. 671. ed. Potter.

Plvtarch. de Isid. et Osir. p. 381.

Pignor. mens. Is. p. 176.

Tanquam sacrum literarum signum Ἱρὸν γράμμα (Clem. Alex. l. c.) quapropter quoque in commessationibus Aegyptiorum Ibis aurea in consortio duorum canum et vnius accipitris circumferebatur, quae quatuor simulacra Deorum quatuor literae, τέσσαρα γράμματα, vocabantur: Clem. Alexandr. l. c. Ioh. Selden de diis Syr. proleg. c. 3. pag. 69. in ei. a D. Wilkiens 1726. ed. oper. in Fol.

Tanquam signum et pars calendarii habebatur, quoniam Lunae phases, siue ipsius incrementum et decrementum significaret: quot enim dies luna increscebat et decrescebat, per tot dies oua excludere solebat.

u) Ivvenal. Sat. 15, Crocodilon adorat pars haec (Aegypti) illa pauet Saturam serpentibus Ibin:

Tertvl. in Apol. ed. Paris 1580: aduersus Marcion. Lib. II. p. 156. Cic. l. c.

x) Herod. l. c. II. 50. Tertvll. l. c.

y) Aelian. de nat. anim. ed. Schneider. Lib. X. c. 29. vbi de hominibus loquitur quoniam officium erat, vti hominum ita animalium quoque et Ibium cadauera praeparare, vt pollingerentur vel ad conseruandum condirentur;

Confer. etiam Diod. Sic. Tom. I. p. 94.

Porro nulla alia Aegypti auis eſt, quam Ibis, qui vel cum ſupra deſcriptis atque delineatis Mumiarum partibus magis conuenit, vel cum Iconibus atque Hieroglyphis veterum monumentis inſculptis v. c.

Tabulae Iſiacae ſiue Bembinae, quam Dux Sabaudiae poſſedit, et Pignorius, Herwart etc. ediderunt, in cuius centro perſona, (Iſis) ſedet, quae caput Ibis repraeſentat: [z])

et in cuius ora laterali, qua menſa Iſiaca terminatur, [a]) Ibis pedibus incedens cernitur.

Et delineationes a CAYLO ſuſceptae, [b]) in qua duo Ibes apparent, illis qui Tabulae Bembinae forma perſonae ſedentis inſculpti ſunt, perfecte ſimiles, modo in eo ab iis differentes, quod forma et habitu militis ſtationarii repraeſententur, caeterum quaelibet quoque Ibis caput trunco inſidens habet, et in margine, ornamenti cauſa ipſas circumdante, duos Ibes tanquam Hieroglyphas: [c])

Pauimento muſiuo ſingulari templi Fortunae Praeneſtinae, cuius pars aliqua in Tab. LIX. Tom. IV. depicta in opere

MONT-

z) MONTFAVCON Tom. Sec. p. 335. cap. II. 2. et exemplum eius in mea annexa tabula Fig. IV. depictum.

a) IABLONSKI panth. Aegypt. Lib. V. c. 5. 164.
Etiam in mea adiecta tabula Fig. III.

b) l. c. Pl. V. no. II. III. p. 16.

c) Noſtra Fig. VIII.

Montefalconii, vbi Ibis volitans facile noſcenda repraeſentatur: d)

Monumento egregio in Hiſpania reperto, e) vbi plurimi Aegyptiorum Dii — — ante Anubin Ibis auis, et pone Ibim palma arbor.

Gemmae Sardonici, f) in qua Ibis ſola exſculpta deprehenditur.

Monumento Ibis ſtantis alis expanſis, qualem ex Muſeo quodam romano eruditus Cavcevs (M. de la Chavsse) produxit. g)

Paruo illi diffracto Obeliſco ex nigro marmore confecto, quem Niebvhr l. c. Tab. XXXVI. deſcripſit, in cuius circiter medio Ibis vt Hieroglypha inſculpta cernitur.

Paruae illi ollae ex alabaſtrite confectae, quam etiam Niebvhr l. c. Tab. XXXVIII. depictam dedit.

Cippo ſepulcrali in deſerto ad montem Sinai Tab. XLV. linea ſexta.

Num-

d) Fortaſſe, ſi melior huius egregii antiquitatis monumenti exſtaret delineatio, auis quoque illa ſaepius repraeſentata in conſpectum veniret.

e) de quo tantum, quantum nobis hic opus eſt Figura Vta tabulae noſtrae ad exemplar Montf. Tom. Sec. Pl. CXXXVIII. depictum videmus.

f) Shaw. l. c. Tab. XIX. p. 352. et noſtra copia in Fig. IX.

g) Conf. ei. Muſeum romanum, Romae 1690. p. 71. Tab. 42. quam Montf. ad ipſius exemplum depingi curauit, Tom. Sec. Pl. CXXXI. no. 5.

Nummo, in quo radiat Aegyptius, ſiſtrum Iſidis praetendens, ſiniſtra calatho ſpicis referto innitens, aſſiſtente Ibe coram illo. [h])

Nummo Caj. Marii ſimul cum Elephante exſculpto Fig. XV. —

Manui aeneae vota referenti ex Muſeo Io. Petri Bellonii, quae in Muſeo Romano pag. 109. XI. et ex illo male depicta Vol. III. Theſ. reg. et electoral. Brandenb. a Begero edit. 404. in qua cernitur infans in amplexu matris talari veſte obtectae, lectulo decumbentis, et Ibis ſymbolum lunaris genii adſtans.

Quae cum ita ſint, vero videtur ſimillimum eſſe, ſupra a nobis ſub Mumiarum forma deſcriptas aues non niſi Mumias auium Ibium fuiſſe, et a ſerioribus ſcriptoribus recte pro Ibibus habitas.

Et

no. 5. niſi haec delineatio per ſculptorem deformata eſt, vix in ea Ibim agnoſcerem, cum roſtrum ratione magnitudinis ipſius nimis breue ſit atque craſſum, totum vero corpus, et inprimis crura pedesque, nimis toroſi, nec criſta, quae nullibi alias occurrit, ornata ſit auis.

h) ex Lavr. Begeri Theſauro electoral. Brandenb. continuatione Coloniae Marchic. pag. 654. no. 4. de quo exemplum in noſtra Tabula Fig. VI. depictum cum emendatione nonnulla Ibis ad exemplum aliquod originale monetae alicuius, quam ipſe aſſeruo in collectione mea Monetarum ad Hiſtoriam naturalem illuſtrandam facientium, nec tamen in icone tam pulcre, quam in moneta repraeſentatur.

Idem in Caroli ducis Crayiaci et Arſchotani et Alberti Rubenii, Regum et Imperator. Rom. numiſm. Tab. 39. no. 10. deprehenditur.

Et ſi his addimus, quae Hiſtoria Naturalis veterum de iſta aue Ibe, vel in tranſitu tantum, vel ex inſtituto, narrat, ſimulque ea, quae recentiores cum iis conſentanei ſcriptores in Itinerariis ſuis de auium Aegyptiacarum generibus referunt, nos forte etiam ſpeciem adhuc noſtris diebus ibidem commorantem nunc definire poſſe credimus, ſaltem vnius varietatis.

Duas enim diuerſas Ibium ſpecies veteres ſcriptores commemorant, Candidas nimirum et Nigras. i)

Poſterior crura habet Gruis, k) pennas nigerrimas, l) roſtrum maxima ex parte aduncum, m) figuram ciconiae perſimilem, n) magnitudinem *Crecis* o), eaque eſt, quae cum anguibus pugnat ineunte vere ex Arabia in Aegytum migrantibus, qui

D 2 voli-

i) Herod. Lib. II.
Aristot. de animal. Lib. IX. c. 27.
Strabo Geogr. Lib. XVII. p. m. 950.
Plin. Hiſt. nat. X. 45.

k) Herod. l. c.

l) Herod. l. c.
Aristot. l. c.
Strabo l. c.
Plin. l. c.
Alb. M. l. c.

m) Herod. l. c. προσωπον τα μαλιστα επιγρυπον.
Plin. Hiſt. nat. VIII. 4.
Pavsanias in Acad. ed. Kühnii, Lipſ. 1696 — Lib. VIII. p. 641. de ſtymphalidibus dicens, και οκ σκολια ὥσπερ αἱ Ἶβας.

n) Strabo l. c. XVII. p. m. 950.

o) Herod. Lib. II.

Crex

volitant alis non pennatis, ſed glabris veſpertilionum ſimilibus [p]), paruis. [q]) Horum cateruas peſtilentes intra Aegyptios ſines ingredi prohibet iſta auis, et aduerſus eorum impetum ab Aegyptiis inuocabatur [r]) praeſtitique auxilii cauſa magno in honore ab iis habebatur. [s])

Moratur autem praecipue circa Peluſium, hodie Damiatam, prope oram Nili orientalem, [t]) nidulatur tamen in inſulis quoque Nili arundinoſis [u]) circa Licham ciuitatem Aethiopiae ſub Aegypto in extrema Africa in lacu dulci, [v]) ab hominum domiciliis remota, [x]) in deſerto inter Aegyptum et Idumaeam

Crex auis eſt marina, Ibi ſimilis: Etiam crura longa habet: moribus pugnacibus eſt, ſed roſtro acuto et ſerrato: confer. SVIDAS et VARINVS.

p) HEROD. l. c. Των μεν δη μελαινεων των μαχομενεων προς τες οφις: ſcilicet πτερωτες alatos alis membranaceis.
AELIAN. de nat. an. Lib. II. 38. edit. Schneideri p. 65. και τετων αἱ μελαιναι τε πτερωτες οφεις —
Forte ſunt lacertae volantes, quas LINNAEVS dracones volantes vocat: MEGASTHENES apud STRABONEM XV. p. 1029 Indiae aſſignat ὀφεις διπηχεις ὑμενοπτερες, qui noctu volant, atque incautos lotii aut ſudoris adſperſu laedunt.

q) MELA Lib. III. c. 8. lin. 76. ed. Gronov.

r) PLINIVS.

s) HERODOT. Lib. II. et AEL. II. 38.

t) ARISTOT. H. An. Lib. VII. c. 29. IX. c. 27.
PLIN. X. c. 30. 45.

u) SICARD. *N. Mem. des Ies.* T. VI. p. 238.

v) STRABO Geogr. XVI. ed. Xylandr. p. 901.

x) HERODOT. l. c.

maeam ſito, y) ſicuti plures ipſi ſimiles aues v. c. Nycticorax, Ciconia, aliaeque ſaxa, collapſaque hominum domicilia amantes. Hoc genus aperte adhuc nobis ignotum eſt, nec in ſyſtemate naturae, quo debet loco, inſeri poteſt, quamuis BELONIVS z) ſe ipſum id vidiſſe contendat. Ex eo enim, quod affirmat, Ibin noſtrum coruum ſyluaticum *(Waldrapp, Steinrapp, Clausrapp)* eſſe, cuius tamen notae cum iis, quas veteres ſcriptores de Ibi conſignauerunt, minime conueniunt, ſatis liquet, eum Nigram, de qua hic quaerimus, numquam vidiſſe: quod vero SAVARY his auibus et de earum commoratione in arundinetis Nili commemorat, id fit in tranſitu tantum, et ſic, vt non teſtem ocula-

 tum,

y) Si nempe ſecundum OEDMANNVM *(in den vermiſchten Samml. aus der Naturkunde 6ten Hefte p. 27.)* Ianſchuph Moſis Lib. III. cap. 11. et Lib. V. c. 14. atque Ieſaiae 34. 11. Ibis aegyptiaca fuit, (Tinſchemet quoque eiusdem linguae vocabulum alii Ibim exponunt) quorum prior noſtram inter impuras recenſet aues, poſterior vero tamquam imagine vtitur ad vaſtationem terrae Edomiticae ſignificandam. Haec ſententia propterea maximam probabilitatem habet, quod ſeptuaginta viri, qui illam auem bene noſſe poterant, atque HIERONYMVS illud verbum Ianſchuph ſemper per Ibim tranſtulerunt; MOSES autem Ibim auem in illo indice animalium plane omiſiſſe credendus non eſt — multo minus auis Ianſchuph ex genere vlularum, vt BOCHARTVS in Hierozoic. vult, eſſe poteſt, quum MOSES eam inter aquaticas aues recenſeat. Etiam BELONIVS in Obſ. Lib. II. c. 32. pag. 102. Paris 1555. in illo deſerto vidiſſe ſe eam contendit.

z) *Nat. des Oiſeaux pag 199.* et *Büffons Naturgeſch. überſ. d. Otto XXVII. B. pag. 142.*

tum, ſed relata referentem audias. Fortaſſis ſola varietas candidae eſt.

Prior vero ſpecies, Candida nimirum, ſine omni dubio eſt ab Hasselqvisto iam dudum in campis Aegyptiacis frequenter viſa, ab ipſo accuratiſſime obſeruata atque deſcripta et imaginibus in Obeliscis veterum obuiis perfecte ſimilis, quamquam inter Ardeas (quoniam tunc temporis Tantali genus in ſyſtemate artificiali plane deficiebat) ab ipſo poſita. Nuperrime Brvcevs eam ſic, vt cum conditis et in monumentis antiquis depictis auibus plane et per omnes partes conueniat, ſub nomine Abou Haunes, i. e. Pater Iohannes (quoniam Feſto Iohannis, vel circa hoc anni tempus, praecipue in conſpectum venire ſolet) in Habeſſinia inuentam delineauit, [a]) eſtque, conſentiente ſimul Blvmenbachio, Oedmanno, aliisque, *Tantalus Ibis.* [b])

Vt autem ea, quae in relationibus ſcriptorum de hac ſpecie memoratu digna ſunt, paucis complectamur, lectoribus proponimus haec fere.

Cum Ibium ſit mentio, fere ſemper de Candidis loquuntur auctores, partim, quod notas habent maxime perſpicuas, partim, quod frequenter occurrunt. Si igitur ſpecies, de qua ſermo eſt, non expreſſis verbis deſignatur, de Candida interpretandi ſunt harum rerum narratores.

Quod

a) Brüce *Reiſen nach den Quellen des Nils*, V. p. 175. Tab. 35.

b) confer. noſtr. Tab. Fig. 7.

Quod ad vniuerſum Ibis candidi habitum attinet:

Figura Ciconiae perſimilis, [c]) praeſertim ſi caput et collum in pennas ſub pectore ſitas abdiderit, et ſic figuram cordis humani repraeſentet; [d]) cum Stymphalidibus, roſtro excepto, conueniens, [e])

excelſa, [f]) minor tamen ciconia, ardea [g]) et cygno, [h])

altitudo corporis, ſi pedibus inſiſtit, a planta pedis vsque ad medium dorſi, nouendecim efficit digitos. [i]) Mumia apud CAYLVM deſcripta, altitudinem habebat vnius pedis, ſeptem digitorum, quatuor linearum. Secundum BÜFFON tres pedes et dimidium ab apice roſtri vsque ad apicem digiti extremi.

Facies nuda, rubra, caput collumque pennis fuſcis, corpus et rectrices rufeſcentibus albidis, extremi vero alarum remiges nempe maiores et cauda nigris tecta — [k])

Hinc

c) STRABO Lib. VII. 950.
MÜLLER l. c. 505.

d) AELIAN. Lib. X. c. 29.

e) PAVSAN. in Acad. L. VIII. ed. Kühnii p. 641.

f) CIC. de nat. Deor. Lib. 7. 36.

g) SHAW l. c. p. 352.

h) MONCONYS Voy. I. 194.

i) BRVCE l. c.

k) HEROD. l. c. Lib. II. 16. dicens: λευκη πτεροισι; πλην κεφαλης, και του αυχενος, και ἀκρων των πτερυγων, και του πυγαιου ἀκρου. Ταυτα δε τα ἐιπον παντα, μελανα ἐστι δεινως.

Secun-

Hinc a STRABONE ſimilis habita Ciconiae, [l]) a PLVTARCHO Pelargo, [m]) qui praeterea addit, nigras pennas albis ita appoſitas eſſe, vt lunam amphiocyrton (nondum ſemiplenam) referant.

Ab ARISTOTELE, vt haec ſpecies a Nigra discerneretur, Candida dicta, [n])

itidem a PLINIO, [o])

et SOLINO. [p])

Ab ALBERTO Magno, Varia, [q])

A SAVARY, Variegata, [r]) alternis vicibus nigro et albo colore,

A MON-

Secundum THEONEM vero, in Progymnaſmatibus cap. XI. p. m. 119 et 122, vbi de generibus deſcriptionum earumque diiudicationibus agit, et illuſtrandi gratia illam Herodoteam Ibis in medium producit, falſa his verbis cenſetur, το γαρ πυγιαιον ολον, λευκον ἐςιν —

Qua in re THEONI vix ac ne vix quidem aſſentire poſſumus, quum nouiſſime a BRVCEO ſuppeditata auis iſtius deſcriptio (de qua iuſta) propius ad Herodoteam accedere videatur, quam iſta THEONIS.

l) STRABO XVII. p. m. 950.

m) PLVTARCH. de Iſ. et Oſir. pag. 381. EVSEB. IX. pr. Ev. 432.

n) ARISTOT. de anim. IX. c. 27.

o) PLIN. Hiſt. nat. XLV.

p) SOLIN. l. c.

q) ALB. M.

r) SAVARY 249.

A MONCONYS Candida, pedibus et roſtro excepto, [s]) et cum cygnis comparata,

A BRVCEO Fuſca, quemque colorem retinet vsque ad dorſum, i. e. vbi collum et dorſum ſeſe coniungunt, ad gulam et pectus alba. [t])

Roſtrum

s) MONCONYS Voy. I. 194.

t) BRVCE l. c.

Dolendum ſane eſt, quod de Ibi illo candido, qui ex Aegypto viuus Verſaliam venerat, ibidemque per aliquot menſes ſuperſtes erat, nulla, quod ſciam, facta eſt delineatio: ſola enim deſcriptio ipſius exſtat in Memoires de l'Acad. Royale des Sc. depuis 1666, jusqu'à 1699. Tom. III. Partie III. p. 58.

In JAUFFERTS Voyage au Jardin des Plantes, Paris 1798, legimus — In Muſeo Pariſienſi illuſtri Tantalum Ibim proſtare.

Forte ab hoc exemplari delineatio, quam BVFFON. in Pl. enl. 389, nobis dedit, deſumta eſt.

Hic igitur ab auctoribus tam diſtincte tamque conſtanter deſcriptus ex albo et nigro mixtus color huius auis, omnes reliquas vel in caeteris externis notis maxime cum ipſa congruas, plane ex numero Ibium excludit.

Sicuti Tantalum falcinellum Lin. *Sichelſchnabel*, BAY Ibim Arct. Zool. 2. p. 460. A: qua inter omnes, quas C. GESNERO videre contigit aues, nulla magis ad Ibim accedere videbatur — colore autem ſuperne eſt obſcure viridi puniceo admixto, vt in Vanello, variante ſcilicet pro diuerſa ad lucem conuerſione, pedibus caeruleis.

Nec non Tantalum leucocephalum Lin. *Weiſskö pfiger Nilreiher* — White headed Ibis Ind. Zool. Tab. X. DAUBENTON planches enlum. 389. l'Ibis blanc d'Egypte, qui roſtro flauo excepto, quod non maxima ex parte aduncum vocari poteſt, et exceptis pedibus, qui loco nigri pallide cornei et incarnati ſunt coloris, vropygium pennis elegantiſſimi coloris roſei adeo longis tectum habet, vt re-

 ctrices

Roſtrum corneum arcuatum, [u]) ſiue maxima ex parte aduncum et obliquum, [x]) vt Scolopacis [y]) arcuatae, procerum, [z]) perfecte fornicatum, vti Numenii ſiue Curlini, [a]) apice truncatum, vt in Tantalo rubro, cum quo omnium optime comparandum eſt, et in omnibus nigrae ſpeciei conſentaneum.

Supe-

ſtrices penitus eisdem tegantur, cuius ornamenti aeque ac mutationis, qua omnes iſtas pulcras plumas roſeas quotannis tempeſtate anni pluuia ingruente perdit, certiſſime mentionem feciſſent veteres, eamque miraculi loco habuiſſent:

Item Tantalum album, le Courlis blanc Büff. roſtro pedibusque rubris, alarum apicibus viridibus.

Tandem Tantalum rubrum Lin., Sebae I. p. 98. Tab. LXII., et Noſtri deſcripti et ad viuum delineati, *in den Schriften der Naturf. Geſellſch. zu Iena 1803.*

u) Ita erat comparatum in conditis illis auibus: vid. noſtr. ſupra datam deſcriptionem et Blvmenbachii Reliquiarum, quas in Mumia Muſeo D. Lettsoni aſſeruatas deprehendebat, Philoſophical Transactions l. c. p. 179. Eandem quoque figuram monſtrabant repraeſentationes in monumentis antiquis, nec non Herodotvs Libr. II. et ſi quod Aelianvs l. c. Libr. II. c. 35. et Prosp. Alpinvs Libr. I. p. 1. narrant, verum eſt, Aegyptios nempe iſtius auis exemplo artem clysmata iniiciendi didiciſſe, roſtrum ipſius eandem aduncam formam neceſſario habere debuiſſe iure contendimus.

x) Plin. H. An. VIII. 27.
Pavsan. in Acad. l. c.

y) Brvce l. c.

z) Cic. de nat. deor. Lib. I. 36.

a) Shaw l. c. 352.

Superior eius pars maſſa cornea viridi, inferior nigra conſtat, [b]) ſecundum MÜLLERVM [c]) et MONCONYS, [d]) totum nigrum, ſecundum LINNAEVM flaueſcens.

Ab occipite vsque ad apicem roſtri digiti quatuor et dimidius. [e])

Iris menſuram digiti vnius habet, [f]) ſecundum PERRAVLTVM, Bulbus oculi 6 linearum in diametro.

Facies nigrae ſpeciei conſentanea rubra, caput et collum glabrum. [g])

Collum oblongum, [h]) ciconiis et cygnis ſimile. [i])

Corpus anguſtum. [k])

Alae candidae, pennis libratoriis nigris; [l]) magnitudo earum tredecim digitorum; a cauda obſcure nigrae, et a fine caudae longitudine ſex digitorum dorſum ſurſum aeque nigrae. [m])

 Crura

b) BRVCE l. c.

c) MÜLL. l. c. 505.

d) MONCONYS Voy. l. c.

e) BRVCE p. 177.

f) BRVCE l. c.

g) HEROD. Lib. II.

h) SAVARY 249.

i) MONCONYS et MÜLLER l. c.

k) SAVARY l. c.

l) AEL. X. 29.

m) BRVCE l. c.

Crura alba, [n]) praealta, [o]) rigida, [p]) gruina. [q])

Ab inferiore articulo cruris vsque ad eum locum, quo cum corpore coniungitur, quinque digitos et dimidium, [r]) longus eſt.

Ab inferiore articulo cruris vsque ad pedem ſex digitos. [s])

Pedes nigri, ſecundum MÜLLERVM, LINNAEVM, MONCONYS, HASSELQVIST, griſei ſec. BRISSONIVM et BLVMENBACHIVM, [t]) rubri, ſecundum PERRAVLTVM hexagonis ſquamis tecti — Tetradactyli, baſi palmati, anterius tres numerantur digiti vnguibus rectis acutis nigris inſtructi, poſterius vnus eodem modo comparatus. [u])

Tardis graditur greſſibus et inſtar virginis, nec eum quispiam citatiori gradu ingredi vidit, ſed ſemper tantum

pede-

n) BRVCE l. c.

o) SAVARY 249.

p) CIC. de nat. Deor. l. c.

q) HEROD. l. c.

r) BRVCE l. c.

s) BRVCE l. c.

t) MÜLLER l. c.
MONCONYS l. c.
HASSELQVIST p. 103.
BRISSON. ornithol. Tom. V. p. 349.
PERRAVLT Anciens memoires l. c.

u) BRVCE l. c.

pedetentim, [x]) et quidem cruribus ad cubiti ſpatium diſtentis. [y])

Licet aquatica ſit auis, et iuxta Nilum verſetur, aquam tamen nunquam ingreditur, neque natare poteſt. [z])

Die nocteque ſemper iuxta ripas ambulat. [a])

Caro ipſius dura, ad veſcendum inepta. [b])

Patria candidi Ibis inferior eſſe videtur Aegyptus: [c]) circa ripas (Nili) ales eſt Ibis: [d]) Alexandriae nullum non triuium Ibibus plenum eſt: [e]) Immo ſunt, qui exiſtiment, Ibin vltra patriae fines nunquam progredi, et humidam coeli plagam amare. Si quis tamen viuum capere et ſecum in exilium expor-

x) Ael. nat. an. Lib. II. c. 38.

y) Ael. Lib. X. c. 29.

z) Albert. Magn.

a) Vt ignotus phyſiologus refert.

b) Müller l. c. 505.

c) Eius mentionem facit Herod. Lib. II. vbi de Aegypti animalibus domeſticis agit.

Nec non Aristoteles Lib. VII. c. 29. et IX. c. 37. qui eas in vniuerſa Aegypto occurrere tradit.

Mela Lib. III. c. 8. ed. Gronov. peculiarem Aegypti Ibim vocat.

Solinvs l. c.

Belonivs pag. 199.

Prosper Alpinvs in hiſtor. Aegypti p. 199.

Willvchb. p. 212.

Klein *in der Hiſtor. der Vögel, ed. von Reyger, Danzig, 1761. p. 131.*

Lathams *Allg. Ueberſ. der Vögel, von Bechſtein überſ. III. B. 1ſter Th.*

d) Solinvs l. c.

e) Strabo l. c.

exportare voluerit: Ibin raptoris ſpem ſemper fruſtrari ſolere ſic, vt inedia ſe conficiat ipſe, ac voluntaria quaſi morte diſcedat: f) quod tamen nouiſſimae obſeruationes non affirmare videntur. g)

Circa lacum Menzaleh in locis paludoſis prope Raſchid in ora Nili occidentali, nec non in canalibus circa Ficum (Fiejum) et in lacu Moeridis ciconiis et gruibus mixti frequentes reperiuntur. h)

Shawivs

f) Ael. de Nat. An. Lib. II. c. 39.
Etiam Hasselqvist *in ſeiner Reiſe nach Palaeſtina p. 104.* ipſam Aegyptum numquam deſerere contendit.

g) Conf. Ephemerides Berolinenſes: *(Nachr. von Staats- und gel. Sachen, im Verlage bei Haude u. Spener in Berlin 1800, no. 102. Artik. Paris den 15ten Auguſt. Der großen anhaltenden Hitze ſchreibt man es itzt zu, daß ſich in der Gegend von Bourdeaux ein Schwarm Ibiſſe gezeigt hat*, l. c. p. 76.
et Barrow, *in den Reiſen durch die innern Gegenden des ſüdlichen Afrikas im Iahre 1797 und 98. überſ. durch Sprengel, Weimar 1801. p. 258. Auch im Lande der Buſchmänner ward der Aegypt. Ibis und eine andere Art des nämlichen Geſchlechts,* Haddadas *genannt, geſpürt.*
Plinivs iam etiam contendit, eum interdum in regionibus ab Aegypto multo remotioribus viſum fuiſſe, nempe in Alpibus.

h) Savary epiſt. 36. p. 249. ſ. in translat. Schneideriana Ep. 24. p. 261. Müller 505.
Et apud Denonivm l. c. p. 186 legimus — *Die Erzählung einiger Reiſenden, daß man bisweilen einige Vögel der Art auf dem See Menzaleh antreffe, laſſe ſich daraus wohl einſehen, daß Herodotus ſage — Je nachdem die Oberägyptiſchen Sümpfe ausgetrocknet ſeyen, hätten ſie ſich nach Unterägypten gezogen, um ihrer Nahrung nachzugehen.*

Shawivs [i]) contendit, Ibim noſtris temporibus rariſſime deprehendi in Aegypto; Oedmannvs [k]) hanc repugnantiam inter Hasselqvistivm et Shawivm optime ſic componi tollique poſſe putat, ſi ſumamus, vtrumque diuerſo anni tempore in Aegypto verſatum eſſe, Shawivm per aeſtatem, cum Ibis careret paſtu, Hasselqvistivm vero tempore recedentis Nili. [l])

Brvcevs [m]) propriam Ibis patriam humiliores Aethiopiae regiones nunc eſſe perhibet, ſeque eum ibi deprehendiſſe affirmat. Exiſtimat autem frequentes illas, vsque ad Lybiam pertinentes ciſternas hoc genus auium allexiſſe, vt Aegyptum peterent; vetuſtate vero collapſis ciſternis iſtis, et ſabulo repletis, rediiſſe Ibes, ac deſeruiſſe Aegyptum, quod alimenta ipſis deeſſent.

Alitur autem, vt vulgo tradunt, [n]) ſerpentibus, ſeu anguibus pennatis ſiue pinnatis, forte Iacertis volitantibus, ſeu

i) In Itinerariis Lipſ. 1765. p. 352.

k) *In den Samml. der Naturk. 6ter Heft p. 33.*

l) Denonivs in Translat. p. 186 dicit — *Es ſey kein Wunder, daſs die Exiſtenz des Ibis in unſern Tagen faſt problematiſch werde, da ſchon zu den Zeiten des Herodotus dieſe Gattung abgenommen gehabt hätte* —

m) l. c. p. 179.

n) Herodot. Evterpe no. 75. 76. ex interpret. Lavr. Vallae.
Ammianvs Marcell. l. c.
Mela l. c.
Cic. de nat. Deor. I. 36. vbi dicitur, maximam ſerpentum vim conficere — et alio loco, volucres angues ex vaſtitate Lybiae vento africano inuectas interficere et conſumere.

ſeu draconibus, quos Ibis inimicitiam tantopere pertimeſcere dicunt, vt quaeuis penna iſtius auis metum ipſis incutiat. Sed forte vtrumque, et quod ſerpentes metuunt Ibim, et hic iſtis veſcitur, ad fabulas referendum eſt. Mihi quidem nimis tenue videtur huius auis roſtrum eſſe, quam vt ſerpentes conficere, iisque frui poſſit. Confunditur interdum cum accipitribus et ciconiis et aliis ſpeciebus e genere Tantali; hae roſtro recto vel minus incuruato validiore et robuſtiore corpore praeditae, facilius inſidiari ſerpentibus poſſunt; et videntur nonnulli, quod hae aues facerent, Ibibus, i. e. noſtrae ſpeciei tribuiſſe.

Brvcevs etiam plane negat, ſerpentum tantam eſſe in iſtis regionibus copiam, quanta plerumque dicatur, cum a natura ſerpentum, quae ſiccas arenoſas calidas amant regiones, penitus abhorreat in paludoſis atque humidis, quales eo tempore, quo Ibium tanta copia in Aegypto cernitur, eſſe ſoleant, commorari terris.

Inde forte etiam Fabula orta eſt, Mosen, Ibes in cauea ex Papyro confecta in expeditione contra gentes aethiopicas ſecum duxiſſe; [o]) Forte alliciebantur copioſiori paſtu et ſordibus ab exercitu relictis.

Alimento etiam ipſis ſunt: ſerpentum oua [p]) — ranae minores inprimis, quarum innumeram multitudinem Nilus in

alueum

o) Iosephvs in antiq. Iudaic. Lib. II. c. 10.

p) Solinvs l. c. p. 76.
Ammianvs Marcell. l. c.
Diodor. Sic. — et Aldrovand. Tom. III. p. 315.

alueum ſe recipiens, in terra, quam inundauerat, relinquere ſolet, [q]) et quarum paſtu valde pinguis Ibis redditur. [r]) Accedunt piſces minores, [s]) aliaque humi ſerpentia animalia, [t]) cadauera quaeuis porro purgamenta fori et macelli, [u]) ſcorpiones, [x]) erucae, [y]) locuſtae minores, [z]) eo imprimis anni tempore, quo ranularum nondum tanta eſt copia, vt ad ipſarum paſtum ſufficiant.

Ibium maxima multitudo praecipue circa diem Iohanni Baptiſtae ſacrum, h. e. initio eius tempeſtatis, qua pluuiae tropicae incidere ſolent, in Aegypto obſeruatur.

Poſtea vero per vniuerſam Aegyptum diſſipantur, et tunc aliis, non in paludibus viuentibus, veſcitur animalibus.

Eſt Ibis, teſtante Ammiano Marcellino, manſueta auis, et generi tantum ſerpentino ferox, [a]) immo, ſecundum Stra-

q) Plin. hiſt. nat. Lib. X. c. 28.

r) Hasselqvist l. c. 103.

s) Albert. M. l. c. Savary epiſt. 26. p. 249.

t) vt Avtoptes Herod. Evterp. n. 75. et 76. et Cic. de nat. Deor. I.

u) Aelian. I. 38. II. 38.

x) Aelian. X. c. 29.

et Phile de animal. propr. Traj. ad Rhen. 1730. p. 62.

Libycisque veſcens ipſa ſcorpionibus,
Necat anguium turbas graues volucrum,
Quos excipit Pharos ex Arabia aduenas.

y) Diodor. Sic. Bibl. H. l. c. 83.

z) Hasselqvist l. c.

a) Belon. in Nature des Oiſeaux p. 200. contendit, ſerpentes necare etiam, dum iam ſatiatus ſit.

Strabonem, mansuetissima, et secundum Herodotum solet hominum vestigia legere et pedissequorum more eos comitari: (των δ' εν ποσι μαλλον εἰλευμενων τοισι ανθρωποισι) Lib. II. 76. et secundum Phile l. c. palmulas inter domum pullis struit.

Pro diuersa genus vitae Ibium contemplandi ratione a scriptoribus nonnullis laudabatur haec auis et magni aestimabatur, ab aliis vero vituperabatur atque conuiciis lacerari solebat. Quo longius ad remotiora antiquitatis tempora recurrimus, eo maioribus ipsam ornatam atque condecoratam videmus honoribus: quo magis vero ad recentiora peruenimus, eo magis languet laudantium ardor, nec omnes in hac laude consentiunt.

Hinc Plvtarchvs [b]) perhibet, Ibim numquam insalubrem aut infectam aquam tangere — et alio loco, Sacerdotes Aegyptiorum cum se conspergendo lustrent, aqua ad hoc vti, e qua Ibis biberit. Et Aelianvs [c]) tradit, Sacerdotes nonnisi ea aqua, e qua Ibim bibisse credant, se lustrare; et alio loco, eum in sordes quidem quasuis immittere rostrum, quaerendi victus causa, et res esculentas vbique indagare; sed solere eumdem, postquam hoc factum est, cum quieti sedet, lauare cubile et purgare, adeoque munditiei studiosissimum esse.

Quod ab antiquissimo scriptore Mose [d]) nostra auis Ianschuph ex hominum societate proscribitur et inter impura

anima-

b) in libro de solert. anim. ed. Xylandr. Tom. II. p. 474 et 974.

c) l. c. VII. 45.

d) Leuit. XI. 17. Huhu versionis Luther.
Deuteronom. XIV. 16. Iesaias XXXIV. 11.

animalia refertur, id noſtrae ſententiae non contradicere videtur. Fortaſſe enim ratio, animalia in pura et impura diuidendi, vt plures Iudaeorum e) ritus ab Aegyptiis petita et translata eſt, qui non ſolum varia animalium genera, ſed etiam plantarum, v. c. fabas, lentes, cepas, allium cet. hoc modo ſeiungere a rebus vulgaribus, ita discernere, eorumque vſum prohibere ſolebant. f) Qua in re nihil aliud propoſitum fuit Aegyptiis, quam vt ſignificarent, quarum rerum imagine in occulto et ſacro ſcribendi genere g) vti liceat, et a quibus ſit abſtinendum; quare etiam per plantas et animalia iurare apud ipſos in vſu erat. h)

Strabo contra i) inutilem vocat Ibim, quia omniuora et immunda ſit, nec facile impediri poſſit, quominus mundas res polluat atque contaminet. Et apud Aristophanem k) legimus, Lycvrgvm (rhetorem Athenienſium) Ibim cognominatum fuiſſe: quod, vt Taylorvs l) obſeruat, eam ob cauſam factum eſt, quod in iudicando ſumma acerbitate vtebatur et in malos ciues, vt Ibis in angues et ſerpentes inſurgere ſolebat: fortaſſe vero etiam

 ſolum-

e) Confer. Warbvrtons *göttl. Sendung IV. B. 4ter Abſchn.*
Rüssels *Geſch. der ältern Europ. von* Bartoldy *bearb. p. 181. in der Note: nach welchem auch das goldene Kalb eine Nachahmung des Aegypt. heil. Stiers, unter welchem Sinnbilde Oſiris verehrt ward, ſeyn ſoll.*

f) Confer. Herod. II. c. 37. Diodor. I. 89. Plvt. de Iſide p. 17.

g) Conf. Phamenoph. l. c. p. 342.

h) Plin. Hiſt. nat. XIX. c. 6. i) in Libro XVII. 950.

k) in Auibus V. 1295. et Plvtarch. in vita Lycurgi rhetor. p. 843.

l) in Praefat. ad Lycurg. p. 109. orat. graec. Vol. IV. ed. Reisk.

ſolummodo ad ipſius patriam, Aegyptum, ſignificandam, cum haec auis vnice in Aegypto commorari ſoleat. CALLIMACHVM conſtat APOLLONIVM, Argonauticorum ſcriptorem, Ibim nominaſſe, vel propterea, quod, vti NICODEMVS FRISCHLINVS in vita CALLIMACHI vult, ipſius libros ſurripuerit, adeoque alienos labores pro ſuis venditauerit — vel ſecundum MINVTIANVM grammaticum apud COELIVM RHODIGIANVM, m) propter inſignem, cui deditus erat, ſpurcitiem.

LAELIVS BISCIOL. n) hanc iſtius cognominis rationem reddit, quod libellus CALLIMACHI diris verbis et execrationibus eſſet refertus, quae ſerpentium inſtar, quibus Ibis veſcitur, Apollonium morderent. — DIONYSIVS Saluagni Boeſs. o) putat APOLLONII, qui Alexandrinus erat vel Naucratita, patriam, Aegyptum nempe, eo cognomine quodammodo ſignificari. — Ad exemplum CALLIMACHI OVIDIVS ex ſententia DIONYSII Saluagn. Boeſs. l. c. C. IVL. HIGYNVM ſibi familiariſſimum AVGVSTI Libertum, ſecundum CAE. MINVTIANVM vero CORVINVM inimicum ſuum, qui, vt ipſe ſaepius narrat, nomen ipſius maledictis vbique aſſicere et inuidiam atque odium AVGVSTI, quo diutius Tomis exſul commorari cogeretur, contra ipſum concitare ſtudebat; eius vxorem vero importune ſollicitans, ipſiusque opibus inſidias ſtruens, miſerum ſummae penuriae atque calamitati tradere conabatur: ignominioſo Ibis nomine inſigniebat. p)

Ibis

m) Lib. 13. c. 1 antiq. lection. *n)* in horis ſubciſ. *o)* in Prolegom. in OVID. Ibim. c. 3. *p)* Confer. etiam ALCIAT. in Emblemate, Antw. 1608. inſcript. in Sordidos.

Ibis porro eſt calidiſſima natura.

A vario, quo vtitur cibo, etiam vis illa cibos concoquendi adeo diuerſa, qua interdum, quae deuorauit, quam celerrime digerit, eaque copioſiſſime iterum excernit, alias diu retinet obſtructioneque laborat, ſine dubio pendere atque deriuari poſſe videtur. [q])

Morbis perraro afficitur.

Optima vtitur valetudine et longaeuus eſt. [r])

Felle Hyaenae interimitur. [s])

In palmis nidificat. [t])

Sed ſecundum Jobvm [u]) nemo ſcit, quando Ibis pullos excludat; dicit enim vates: Numquid noſti tempus, quo Ibis in petris pullos procreat, vel parturientes ceruas obſeruaſti? [x])

Ex ouo in lucem editus ponderis duarum drachmarum inuenitur. [y])

Valde pronus eſt ad colendam ſocietatem, inde manſuetiſſimum Strabo appellat: Hominum imprimis conſortium amat, quo omnium optime a Nigra ſpecie diſtingui poſſe, Herodotvs credit.

Praeter hactenus dicta de Ibi plura commemorantur mere ad fabulas referenda, quae cuncta libidini veterum omnia

 exag-

q) Ael. X. 29. r) Ael. X. 29. s) Ael. Lib. VI 46.

t) Ael. X. 29. — Phile de propriet. animi l c. u cap. XXXIX.

x) Confer. Hieronymvs in Commentar. in Iob. ed. Francof ad Moen. vbi in notis legimus — Sunt iſtius Ibicis et alia animalia quaſi eiusdem generis, vt eſt coruorum, ſicut in lege dicitur Leu. XI. 13.

y) Plvtarch. de Iſid. et Oſir.

exaggerandi, deformandi et varie defcribendi, partim crudelitati atque ignorantiae ipforum, in qua circa naturam atque oeconomiam huius auis verfabantur, originem debere videntur.

Fortaffe diligentia Francogallorum, qui ex Aegypto redierunt in patriam, nobis accuratiorem huius auis defcriptionem et delineationem fuppeditabit, fimulque fontes aperiet, vnde manarunt fabulae, quae apud fcriptores vetuftos de hoc auium genere reperiuntur.

Nonnulla fortaffe iam nunc coniectura affequi poffumus, fic v. c. ars, quam AELIANVS [z]) Ibibus adfcribit diuinandi, eam ob caufam ipfis tribuebatur, quoniam aduentu fuo acceffum et receffum Nili fignificabant, ficuti aues omnes migrantes aduentu atque reditu fuo ver atque autumnum nuntiare folent.

Sic vis ipfius, mala auerruncandi, ex eo facile explicatur, quod, vti CICERO dicit, voracitate fua peftem ab Aegypto auertit.

Sic immortalitas ipfius, ab APPIONE [a]) commemorata, originem traxit inde, quod Aegyptii, grati animi teftandi caufa, omni modo ipfius memoriam perennem facere ftudebant.

Sic ipfi cor magnitudine exfuperans et proportioni reliquarum corporis partium minime refpondens propterea tributum eft, quod, quamquam tenuius habeat corpus, animo forti et ingenti audacia volitantibus draconibus aliisque eiusmodi, quae timere atque deteftari folent Aegyptii, amphibiorum generibus obuiam it, eaque conficit; quare veteribus Aegyptiis cordati quoque homines haec volucris typus erat; vel propter-

ea,

z) Libr. VII. 45. a) Apud AELIANVM legimus, Hermopilis Sacerdotes Ibim immortalem oftendiffe.

ea, quod, vti ſupra iam monuimus, et MASENIVS [b]) quoque affirmat, haec auis, dum ſtat atque quieſcit, formam cordis exhibere ſolet.

Huc etiam pertinet alui excretio adeo variabilis, vt qua mox diarrhoeico patiatur profluuio, mox aluo ſicca duraque immo obſtructione laboret, quam ob rem, quod ipſe ſaepius ſibi aluum exoneraſſe, roſtri aduncitate aqua per anum intromiſſa dicitur, ab AELIANO, [c]) PHILE, [d]) et PROSP. ALPINO ipſi tribuitur artis clysmata iniiciendi inuentio, et a GEORGIO PISIDAS [e]) ob hoc inuentum GALENO ipſo doctior vocatur. [f]) Scilicet haec inde deriuanda ſunt, quod non eodem ſemper vitae genere vtuntur hae aues. Pluuioſo nempe anni tempore veſcuntur animalibus aquoſis et gelatinoſis, quae lubricam reddunt aluum, et facile cum digeri, tum egeri ſolent; arida vero et calore ſolis accenſa tempeſtate animalia deuorare coguntur ſiccioris naturae, v. c. Scarabaeos, Scorpiones, caet., quae aluum difficilem efficiunt et obſtruunt; nemini igitur mirum videbitur, ſi Ibis excretionem roſtri adminiculo adiuuare nititur.

Nec praetermittenda eius voracitas, quae tanta eſt, vt ingenti ciborum copia ſe ingurgitet, et deuorata iterum ano excludantur, et copioſiſſimae ſint alui excretiones. Inde factum eſt, vt, quia in ſpurciſſimis habetur, homines, ſiue in verbis, ſiue

in

b) l. c. p. 63. c) AEL. de nat. animal. Lib. II. 35. PLVTARCH. de Sol. animal. ed. Xyl. T. II. p. 974. PLIN. Hiſt. nat. VIII. 26.

d) PHILE de animal. propr. Traj. ad Rhen. 1730. p. 62.

e) in opere ſex dierum.

f) Confer. etiam Dialoghi di Agoſtino, Roma 1650. Fol. V. 98.

in omni genere vitae ſpurci, vel ii etiam, qui calumniis et conuiciis viros probos contaminare et inquinare auderent, Ibes vulgo nominarentur. Fortaſſe haec voracitas inde tantum pendet, quod pro varietate temporis, et pro maiori vel minori Nili incremento, mox ciborum copia, mox inopia laborant. Inde lucem capiunt etiam alia commenta.

Dicuntur: Ibes Cynthiae noſſe curſum ſeu creſcentem ſiue decreſcentem face, ſic PHILE: et victus rationem cum incrementis et decrementis lunae mutare; cum creſcit luna, cibo vti largiori, minus alimenti capere, cum decreſcit.

Immenſis putantur inteſtinis eſſe inſtructi, quorum longitudo nonaginta et ſex cubitos, MASSENIO auctore, [g]) contineat.

Deficiente luna comprimi inteſtina perhibentur, et Ibes ipſi pallidiores fieri, aucto vero lunae ſplendore iterum ſplendeſcere.

Haec omnia ex iis, quae ſupra obſeruauimus, commode videntur explicari poſſe.

Quod vero, auctoribus AELIANO et SOLINO, ore et concipere dicitur Ibis et parere; quod toties traditur oua excludere, quoties luna mutatur; [h]) quod ouum relinquere fertur, e quo emergat, ſi PIERIO [i]) credimus, Baſiliscus; quod Crocodilus, ſi penna Ibis tangatur, immobilis reddatur, vt ORVS vult; haec et id genus alia, nemo vel crediderit vel explicare ſuſceperit.

g) in Spec. imag. p. 876.

h) AEL. Hiſt. anim. II, 38. PHAMENOPH. 375. PIGNORIVS Menſ. Ib. expl. p. 76.

i) Confer. hinc ZOROASTER — DEMOCRITVS et PHILE.

Nunc vero ad id, cuius caufa haec omnia fcripta funt, mihi eft properandum. Ex Decreto nempe Ampliffimi Philofophorum Ordinis mihi contigit, vt fummi in Philofophia et Arte poetica honores per me, Decanum et Comitem Palatinum Caefareum, iis offerantur, qui Sapientiae et bonis artibus ftudio indefeffo profperoque fucceffu dediti fuerint. Qui igitur ex his hoc publico honoris ornamento condecorati effe cupiant, a me humaniffime nunc inuitantur, vt ante diem *XVII Menfis Octobris* huius anni, quo Philofophiae Artiumque Doctores et Magiftros creare ritu folenni conftituimus, nomina fua apud me profiteantur.

P. P. in Academia Vitebergenfi Dominica II. poft Trin. cIↃIↃCCCIII.

Die zweyte Kupfertafel mit dem Verzeichniſſe der Promotorum nebſt der Beſchreibung Beider wird nachgeliefert werden.


I
II
III
IV
V
VI
HADRIANVS AVG. COS. III. P.P.
AEGYPTVS
VII
VIII